

33  
Iam debeamus. Neque id agentes, vel operati potius, morbum postea descriamus, sed omnes, ejus Indicationes plenè solíciteque unà expeditimus.

7.  
Ac rem tandem confectam rati, obtendunt; à trachea neque panis micam, sive aquae guttulam sine offensione admitti, eamve à tussi non prius cessare, donec ea omnia talia ejecerit: per cannulā autem turūdā ei intolerabilem fore, tantae etiam crassitei, intrusam. Verūm tussim provenire norint, non, tam *ἐκ εὐαισθησίας*, quàm laryngis obstructione, quae liberū aëris passum intercipit. Idq; accuratè pernorint; neque putent, nos admodum ferire, quòd idoleum illud *σφαλερόν*, dicente sapientissimè Coo, Experientiae nobis obtendant, solis auctorum inconsideratis quibusdam placitis superstructum.

8.  
*Aurelianum* enim, & *Aretaeum* l. 6. c. 7. ex antiquis frustra obmurmurant, quibus boja magis quàm Medicus penes etiam vulgum audit, qui dissectae gulae humanae postulari à quoquam potest. At bonis viris sua satis laude & pace constante; dies diei sequenti magister evadit, dum vir viro succedit, ubi *ἀπειρίας* timor nihil praevanicari potest vel debet praesenti usui tam securè & gloriosè nunc temporum triumphante.

*ὅπερ ἴδει δείξαι.*

## CAPVT XI.

Circūstantiae.  
1.

Istae verò sequenti omnino absolvere sese ogdoade valebunt.

QVIBVS n. hoc remedij genus destinetur, initiò quaerere si placeat, illos tibi nominamus, qui, aëris per laryn-